

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Meditationum evangelicarum pars secunda, hoc est:
Solida, ad discendam & exercendam, ex evangeliis tam
dominicalibus quam festivalibus Christi & sui-ipsius
notitiam, informatio**

Creide, Hartmann

Francofurti ad Moenum, 1682

Exordium

[urn:nbn:de:bsz:31-126164](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-126164)

Dominica XXI. post Trinitatis.

Evangelium Ioh. 4. v. 47. --- 54.

EXORDIUM.

Cum Deus justissimus primam mundum diluvio inundare & perdere vellet, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & catara- &æ coeli apertæ sunt: Et facta est pluvia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: Sic consumpta est omnis caro hominum pariter & animantium, quæ movebatur super terram. Sed arca, & iis, qui cum Noah in arca erant, a quæ incommodare non poterant: verum quo plus multiplicatæ sunt, eo plus elevarunt arcam in sublime à terra, ut tandem quindecim cubitis altior esset aqua, super montes excelsos quos operuerat, Gen. 7. v. 11. seqq.

Hæc *jucunda crucis idea est*, qua Deus fideles suos in his terris afficere solet, ut illi in arca angustiarum degere cogantur, & à decumanis tribulationum fluctibus miris modis agantur. Sed non detrimento ipsis est: multo magis elevantur hoc ipso à terra, omnibusque rebus terrenis, ut quæ retro sunt obliviscentes, ad ea quæ sunt priora se extendant, ad destinatum scopum persequentes, ad braviæ supernæ vocationis Dei, in Christo Jesu, Phil. 3. v. 14. Ideoque crucem abhorre non debemus.

Miseri sunt, qui nunquam miseri fuerunt, inquit Seneca. *Caro percussitur, ut anima sanetur,* ut Basiliius ait.

Hic usus ægritudinis
Ut medicina corporis
A tartaro præservet.

Darum schickt Gott die Trübsal her/
Das unser Fleisch gezüchtigt werd/
Zur ewigen Freud erhalten.

Potissimum vero ad preces hoc ipso incitatur: Domine, in angustia requisierunt te: meditatio quando eos castigas. Esa. 26. v. 16.

Exemplum hujus rei proponitur nobis in prælecto Evangelio, in Regio Satrapa, qui multa de Christo audierat: sed integrum ei non fuit, ut Christum accesserit, & informationem ab eodem hauserit: dum cruce impellitur, ejusque filius febris ardente infestatur: tum surgit perfugiens ad eum, de quo audierat, quod morbos alias insanabiles curare & profligare posset, tanquam Dominus magnus consilio, & magnus operibus, Jer. 32. v. 19. Nec irritò sane successu: quodcunque enim desideravit, impetravit quoque: nec modo magno gaudio desibutus: sed & cum universa domo sua, ad salutarem Christi agnitionem perductus est. Nos methodo nostræ insistentes, discemus ex hoc Evangelio:

I. *Ἀνθρωπολογίαν* sive notitiam nostri.

II. *Χριστολογίαν*, sive notitiam Christi.

J. J.

Exe-